



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Vita S. Liborii Episcopi, Calcvlo Laborantivm Patroni**

**Bolland, Johannes**

**Antverpiae, 1648**

Capvt V. S. Liborii obitus, sepultura, miracula.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9573**

Et tamen in officio dispari fuere Pontifices isti, sanctitate pares, ambo Euangelicâ laude digni, ambo iusti ante Deum, incedentes in omnibus mandatis & iustificationibus Domini sine querelâ.

a ms. *Corfend*, Marfano. Nonnulla horum vicorum aut oppidorum nomina aliter paullo in 2. Vita expressa.

C A P V T V.

S. LIBORII obitus, sepultura,  
miracula.

15. **C**VM autem Diuinæ Maiestati complacuit, post tam diuturna tot annorum certamina, victorem hostis antiqui, militem suum æterno præmio glorificare, anno quinquagesimo Episcopatus sui, corporis eum molestiâ ita fatigari permisit, vt adesse sibi diem exitus sui non dubitaret. Qui annus illi verus extitit Iubilæus, quem in eodem numero annum remissionis appellans, vnumquemque in eo redire ad familiam, & ad possessionem suam lex Diuina præcipit. Nam & ipse quò minus se dubitaret ad requiem tendere, post septem septimanas annorum, ex quo constitutus est super familiam Domini, adhuc in terris positam, ad eam quæ in cælis est, latus vocari meruit, vt possideret terram, quam mansuetis & mitibus Veritas repromisit.

morbo cor-  
reptum  
Matth. 5. 4

16. Eodem tempore S. Martinus Episcopus



*S. Martinus* pus Turonensem regebat Ecclesiam, vir A.  
*Angelico* postolicis clarus omnino virtutibus: cui inter  
*monitus, vi-* illa, quibus assidue frui solebat, Angelicæ col-  
*sit:* locutionis mysteria, etiam hoc ex Diuinâ re-  
 uelatione præceptum est, ut ad urbem Ceno-  
 manicam pergeret, atque ibidem in infirmi-  
 tate positum Dominum visitaret. Vnde anim-  
 aduertens, hanc Domini infirmitatem de  
 aliquo membrorum suorum intelligendam,  
 Match. 25. de quibus ipse dicturus est in iudicio, *Infir-*  
 36. *mus fui, & visitastis me;* cœpit illicò festinus  
 ad memoratam pergere ciuitatem. Cui cum  
 iam appropinquans, iuxta vineam quamdam  
 iter ageret, vidit eminens in eâ stantem Cleri-  
 cum gradu Subdiaconum, *a* Victurium no-  
 mine, operi quidem, *b* quodcumque ibi agen-  
 dum erat, studiosius insudantem, sed nihilo-  
 minus frequentatione psalmodiæ laudes Do-  
 mini decantantem. Hic erat discipulus S. Li-  
 borij, atque in ipsâ suæ continentiæ mentis-  
 que & habitus humilitate, bonæ institutionis  
 magistri optimi clarum præbebat indicium.  
 Quem intuens S. Martinus, reuelante sibi  
 Spiritu sancto hunc esse futurum ibi Episco-  
 pum, his eum verbis salutauit, dicens: *Aue*  
*noster Pontifex.* Dehinc illi baculum suum  
 dedit, atque ita concito gradu, in urbem pro-  
 perauit. In quâ inueniens sanctum & verè  
 Deo dilectum Præsulem iam in extremis po-  
 situm, & cælesti tantum gaudio, quò iturus  
 erat, intentum, cum ineffabili ab eodem læti-  
 tiâ



tiâ susceptus est. Hic verò necesse est, vt no-<sup>pijs colloquijs</sup>  
 ster sermo deficiat: quia neminem dignè con-<sup>Liborium</sup>  
 stat posse referre, quàm diuina, quàm spiritua-<sup>animat,</sup>  
 lia, quàm cælestia fuerint eorum colloquia;  
 cum quâ se exultatione mutuò viderint, quo  
 mentis affectu suam ad tempus separationem  
 ferre potuerint. Erant enim ambo Christi mi-  
 litum excellentissimi duces, ambo crebris de  
 diabolo triumphis gloriosi. Sed alteri iam  
 reddendum erat præmium sempiternum, al-  
 teri aliquamdiu differendum, & adhuc pro  
 castris Dei fuerat decertandum.

17. Igitur B. Liborius, præsentè sibi tanto <sup>Et sanctè</sup>  
 consolatore, suarumque exequiarum provi-<sup>mortuum</sup>  
 fore, & decimo Kalendarum Augustarum die <sup>sepelit:</sup>  
 lætus migravit ad Dominum. Cuius venera-  
 bile corpus S. Martinus cum honore congruo  
 ad ecclesiam extra urbem positam duci, & in  
 eâ sepeliri fecit: quam primus eiusdem Sedis  
 Antistes, Iulianus nomine, construxit, & in  
 honore d duodecim Apostolorum dedicauit. <sup>in d</sup>  
 Decebat enim, vt qui Apostolorum in terrâ  
 successor, & in cælis esse meruit consors, in  
 eorum quoque ecclesiâ communi cum illis  
 memoriâ coleretur. Sequenti verò die vir Dei  
 Martinus populum omnem, qui ad tantî viri  
 exequias copiosus nimis & innumerabilis  
 conuenerat, & internum amorem erga Pa-  
 storem suum largissimis lacrymarum fonti-  
 bus testabatur, in ecclesiam conuocatis, san-  
 ctæ admonitionibus doctrinæ consolabatur,  
 F eisque



§2 VITA S. LIBORII PATRONI

Aug. 1  
eisque præfatum Victurium ordinavit Episcopum.

Liborius

post mortem  
miraculis  
illustratur.

18. Tradunt quoque litteræ superius memoratæ, multa quidem S. Liborium in hac vitâ fecisse miracula, sed multò plura postmodùm ad sepulcrum eius fuisse diuinitus ostensa, licet ob multitudinem suam nominatim expressa non sint. Quod nos facillè credimus ex his, quæ oculis nostris videre meruimus, postquam ad nos sacrum translatum est corpus, sicut, adiuuante Domino, sequens huius operis textus enarrabit. Nam quoniam ipse verè fuit organum Spiritus sancti, per ipsius nunc operationem ante eius reuerenda pignora virtutum signa sæpius ostenduntur; curationes scilicet debilium, salutes languentium, expulsiones immundorum spirituum; præstante ipsius gratiâ, qui est fons & origo bonorum omnium, Deus & Dominus noster, qui in Trinitate inseparabili viuit & regnat per infinita secula seculorum, Amen.

17 + 990  
Aug. 11  
a Alij Victorem, Victurum, Victorium vocant. Colitur 25. Augusti, uti testatur Coruasserius; at 1. Septemb. alter Victorius, eius filius.

b Ms. Bod. addit, vinearum. Non satis eam interpolationem patiuntur sequentia verba, quodcumque ibi agendum erat: etsi ex S. Victorij Vitâ constet, eum operantem in vineâ repertum à S. Martino.

c Dissentiunt alia eius Acta, ut suprâ §. 1. diximus. colitur saltem hoc die.

d Vita primo loco relata, solum habet Petri & Pauli.